

## Catalogus Festorum

QUÆ UTI PRIMARIA, VEL SECUNDARIA RETINENDA SUNT,  
EX DECRETIS GENERALIBUS S. R. C. DIEI 27 AUGUSTI 1893  
ET 5 FEBRUARII 1895.

## FESTA PRIMARIA

IN KALENDARIO UNIVERSALI.

§ I. *Duplicia primæ classis.*

Nativitas Domini.  
Epiphania Domini.  
Pascha Resurrectionis.  
Ascensio Domini.  
Pentecostes.  
Festum Corporis Christi.  
Immaculata Con-  
ceptio } B. M. V.  
Annuntiatio et }  
Assumptio }  
Nativitas S. Joannis Baptistæ.  
Festum S. Joseph Sponsi B. M. V.  
Festum SS. Apostolorum Petri et  
Pauli.  
Festum Omnium Sanctorum.  
Dedicatio propriæ Ecclesiæ.  
Patronus, vel Titulus Ecclesiæ.  
Patronus principalis Regionis,  
vel Diœcesis, aut loci.

§ II. *Duplicia secundæ classis.*

Circumcisio Domini.  
Festum Sanctissimæ Trinitatis.  
Purificatio }  
Visitatio } B. M. V.  
Nativitas }  
Dedicatio S. Michaelis Archangeli.  
Natalitia undecim Apostolorum.  
Festa Evangelistarum.  
Festum S. Stephani Protomartyris.

Festum SS. Innocentium Martyrum.  
Festum S. Laurentii Martyris.  
Festum S. Annæ Matris B. Mariæ V.  
Festum S. Joachim Patris B. Mariæ V.

§ III. *Duplicia majora per annum.*

Transfiguratio Domini.  
Dedicatio Archibasilicæ Sanctissimi Salvatoris.  
Dedicatio S. Mariæ ad Nives.  
Festum SS. Angelorum Custodum.  
Dedicatio Basilicarum SS. Petri et Pauli Apostolorum.  
Festum S. Barnabæ Apostoli.  
Festum S. Benedicti Abbatis.  
Festum S. Dominici Confessoris.  
Festum S. Francisci Confessoris.  
Festum Patronorum minus principalium.

§ IV. *Alia Duplicia per annum.*

Dies Natalitia, vel quasi Natalitia uniuscujusque Sancti.  
PRO ALIQUIBUS LOCIS.  
S. Gabrielis Archangeli.  
S. Raphaelis Archangeli.  
Dies Natalitia, vel quasi Natalitia uniuscujusque Sancti.  
Commemoratio Sanctorum, quorum Corpora, vel Reliquiæ in Ecclesiis Diœceseos asservantur.

## FESTA SECUNDARIA

IN KALENDARIO UNIVERSALI.

§ I. *Duplicia primæ classis.*

Sacratissimi Cordis Jesu.

§ II. *Duplicia secundæ classis.*

Festum Sanctissimi Nominis Jesu.

Festum Inventionis S. Crucis.  
Festum Pretiosissimi Sanguinis D. N. J. C.  
Solemnitas SS. Rosarii B. Mariæ V.  
Festum Patrocinii S. Joseph

§ III. *Duplicia majora.*

Exaltatio S. Crucis.  
Duo Festa Septem Dolorum }  
Commemoratio de Monte } B. Mariæ V.  
Carmelo }  
Festum Ssmi Nominis }  
Festum de Mercede }  
Præsentatio }  
Apparitio S. Michaelis Archangeli.  
Decollatio S. Joannis Baptistæ.  
Cathedra S. Petri Apostoli utraque.  
Festum ejusdem ad Vincula.  
Conversio, et Commemoratio S. Pauli Apostoli.  
Festum S. Joannis ante Portam Latinam.

PRO ALIQUIBUS LOCIS.

Officia Mysteriorum et Instrumentorum Passionis D. N. J. C.  
Sanctissimi Redemptoris.

Sanctæ Familiæ Jesu, Mariæ, Joseph.  
Purissimi Cordis Mariæ.  
Desponsationis, Maternitatis, Puritatis, Patrocinii B. M. V.  
Translationis Almæ Domus B. M. V.  
Expectationis Partus B. M. V.  
B. M. V. Auxilium Christianorum.  
Prodigiorum B. M. V.  
Apparitionis B. M. V. Immaculatae, a sacro Numismate.  
Commemoratio Omnium SS. Summorum Pontificum.  
Item alia quæcumque Festa sive Domini, sive B. M. V. sub aliquo peculiari titulo, sive Sanctorum, præter eorundem natalem diem, uti Inventionis Corporum, Translationis, Receptionis, Patrocinii et hisce similia.



## SI OCCURRAT EODEM DIE

Duplex primæ classis,	6	4	0	6	6	4	6	6	2	2	2	8	4	4	I	
Dupl. secundæ classis,	4	4	0	4	4	4	6	4	2	2	8	I	4	I	I	
Dupl. per Annum maj.	4	4	0	4	4	I	4	4	2	8	I	I	4	I	I	
Dupl. Doctoris Eccles.	4	4	0	4	4	I	4	0	0	I	I	I	4	I	I	
Dupl. per Annum min.	4	4	0	4	4	3	4	7	0	3	3	5	4	3	3	
Dies infra Octavam,	4	4	0	4	3	3	7	3	3	3	5	5	3	3	3	
Dies Octavæ,	4	4	0	4	4	7	4	4	2	2	3	3	4	3	3	
Semiduplex,	4	4	0	4	7	3	4	3	3	3	5	3	3	3	3	
Simplex,	3	3	3	0	3	3	3	3	3	3	5	3	3	3	3	
S. Maria in Sabbato,	5	5	0	4	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	
Feria major,	6	0	6	4	3	3	3	3	3	3	3	0	0	0	0	
Vigilia,	0	5	6	4	3	3	3	3	3	3	5	0	0	0	0	
1 Translatio de primo, Officium de secundo.																et Dominica primæ classis.
2 Officium de primo, Translatio de secundo.																“ Dominica secundæ classis.
3 Commemoratio de primo, Officium de secundo.																“ Dominica per Annum.
4 Officium de primo, Commemoratio de secundo.																“ Duplex primæ classis.
5 Nihil de primo, Officium de secundo.																“ Duplex secundæ classis.
6 Officium de primo, nihil de secundo.																“ Duplex per Annum majus.
7 Officium de digniori, Commemoratio de minus digno.																“ Duplex Doctoris Ecclesie.
8 Officium de digniori, Translatio de minus digno.																“ Duplex per Annum minus.
																“ Dies infra Octavam.
																“ Dies Octavæ.
																“ Semiduplex.
																“ Sancta Maria in Sabbato.
																“ Feria major.
																“ Vigilia.

1. Notandum, quod Duplex quodcumque, etiam Patroni et Tituli Ecclesie, vel Dedicacionis ejusdem, occurrens in Vigilia Nativitatis Domini et Pentecostes, in die Circumcisionis, in die Octava Epiphaniæ, in Feria quarta Cinerum, ac in tota majori Hebdomada, et infra Octavam Paschæ et Penteco-

stes, in Ascensione Domini, in Festo Corporis Christi, in Festis Immaculatæ Conceptionis, Annuntiationis et Assumptionis B. Mariæ Virg., in Nativitate sancti Joannis Baptistæ, in Festo S. Joseph, SS. Apostolorum Petri et Pauli, et Omnium Sanctorum, transferatur, si transferri valeat, aliter de eo fit Com-

memoratio ipso die quo cadit, vel penitus omittitur, ut ponitur in propriis Rubricis.

2. Infra Octavam Epiphaniæ fit tantum de Duplicibus primæ classis occurrentibus cum Commemoracione Octavæ. Alia Festa novem Lectionum in prima die libera post Octavam perpetuo celebrantur: de Simplicibus vero fit tantum Commemoratio, ut supra.

3. Infra Octavam Corporis Christi, de Semiduplici occurrente fit tantum Commemoratio, neque fit de Duplici translato, nisi sit primæ vel secundæ classis, et de ea, quocumque adveniente Duplici, fit Commemoratio.

4. Infra illas Octavas, in quibus fit de Festis occurrentibus, de Semiduplici occurrente in Dominica, fit Commemoratio, uti alias juxta Rubricas.

5. De Octava Nativitatis Domini, Epiphaniæ, et Corporis Christi, semper fit Commemoratio, quocumque Festo in illis occurrente.

6. De aliis Octavis, quæ non sunt in Calendario, nihil fit a Feria quarta Cinerum usque ad Dominicam in Albis, et a Vigilia Pentecostes usque ad Festum SS. Trinitatis inclusive, et a die 17. Decembris usque ad Epiphaniam.

7. Dies Octavæ nunquam transferatur: ideo quamquam Nativitas S. Joannis Baptistæ occurrens in die Corporis Christi, transferatur

in diem sequentem; non tamen transferatur Octava, sed de ea fit tantum Commemoratio in Officio de Octava Corporis Christi.

8. Si accidat ut Patronus loci, vel Titulus Ecclesie descriptus sit eodem die in Calendario cum aliis Sanctis, qui separari queunt, in ea Ecclesia, vel in loco, fit tantum de Titulari, vel Patrono. Alii si in dicto Calendario descripti sint sub ritu duplici majori, vel minori, aut semiduplici, transferuntur perpetuo in diem primam liberam, et de eis fiat Officium semiduplex. Si vero sint ex Duplicibus primæ aut secundæ classis, similiter in diem primam liberam perpetuo transferantur, et de eis fiat Officium sub eodem ritu, ac si propria die celebrarentur. Si autem in Calendario omnes sint tanquam Festum simplex, de illis nihil fit.

9. De Feriis Adventus et Quadragesimæ, quando de eis non fit Officium, fit Commemoratio in utrisque Vesperis, et Laudibus cujuscumque Festi: de Quatuor Temporibus, et Feria secunda Rogationum, ac Vigiliis, in Laudibus tantum. Si vero aliqua Vigilia occurrat in Adventu, Quadragesima, et Quatuor Temporibus, vel in diebus Festorum duplicium primæ classis, sive Patroni, vel Tituli, aut Dedicacionis Ecclesie, de ea nihil fit, nec etiam in Laudibus.



## QUANDO CONCURRIT

Dominica j. et ij. classis,	o	4	3	4	4	3	3	3	3	3	o
Dominica per Annum,	o	4	3	4	4	3	3	1	1	1	o
Duplex primæ classis,	2	2	4	2	4	4	4	6	4	6	4
Duplex secundæ classis,	4	4	4	4	4	4	4	3	6	3	4
Patronus, seu Titulus Ecclesiæ,	2	2	4	2	4	4	4	o	4	6	4
Duplex per Annum majus,	4	4	4	4	4	4	6	1	3	1	4
Duplex per Annum minus,	4	4	5	4	4	5	3	1	3	1	4
Semiduplex,	4	4	3	4	5	3	3	1	1	1	5
Dies Octava,	4	4	5	4	4	5	3	1	3	1	4
Dies infra Octavam,	o	o	3	4	3	3	3	1	1	1	5
1 Totum de sequenti, nihil de præcedenti.	“	“	“	“	“	“	“	“	“	“	cum Dominica quacunque.
2 Totum de præcedenti, nihil de sequenti.	“	“	“	“	“	“	“	“	“	“	Duplici primæ classis.
3 Totum de sequenti, Commemoratio de præcedenti.	“	“	“	“	“	“	“	“	“	“	Duplici secundæ classis.
4 Totum de præcedenti, Commemoratio de sequenti.	“	“	“	“	“	“	“	“	“	“	Patrono seu Titulo Ecclesiæ.
5 Capitulum de sequenti, Commemoratio de præcedenti.	“	“	“	“	“	“	“	“	“	“	Duplici per Annum majore.
6 Totum de digniori, Commemoratio de minus digno; in paritate dignitatis, a Capitulo de sequenti. Simplex, et S. Maria in Sabbato, Feria, et Vigilia non concurrunt.	“	“	“	“	“	“	“	“	“	“	Duplici per Annum minore.
	“	“	“	“	“	“	“	“	“	“	Semiduplex.
	“	“	“	“	“	“	“	“	“	“	Die Octava.
	“	“	“	“	“	“	“	“	“	“	Die infra Octavam.
	“	“	“	“	“	“	“	“	“	“	Santa Maria in Sabbato

1. Notandum, quod in primis Vesperis diei Octavæ Ascensionis et Corporis Christi, aliorumque Festorum primariorum Domini, totum Officium fit de Octava, cum Commemoratione præcedentis Festi Duplicis, nisi fuerit Festum solemne principale, aut primæ vel secundæ classis; quia tunc de Festo fieret Officium, et Commemoratio de Octava.

2. In secundis Vesperis diei Octavæ Festorum Domini, si primaria fuerint et solemniora, uti Epiphaniæ, Paschæ, Ascensionis, aliorumque, de sequenti Duplici, si concurrat, fit tantum Commemo-

ratio, nisi hoc fuerit primæ vel secundæ classis; quia tunc de eo fieret Officium, et de Octava Commemoratio. Die Octava Corporis Christi in secundis Vesperis nulla fit Commemoratio sequentis Duplicis (Sacratissimi Cordis Jesu), nisi concurrat cum die Octava sancti Joannis Baptistæ, et tunc Vesperæ erunt de Octava Corporis Christi, cum Commemoratione Octavæ S. Joannis.

3. Diebus Octavis Festorum primariorum B. M. V., etiam particularibus alicujus Religionis, Angelorum, S. Joannis Baptistæ, S. Joseph et SS. Apostolorum

de præcedenti, vel sequenti Duplici minori fit tantum Commemoratio.

4. In secundis Vesperis Duplicis primæ classis fit Commemoratio de Festis duplicibus et semiduplicibus reductis ad modum Simplicis tantummodo, si hujusmodi Commemoratio facienda sit die sequenti. In Duplicibus tamen secundæ classis de dictis Festis fit Commemoratio in utrisque Vesperis ad instar Octavæ et Dominicæ, uti in Rubricis generalibus de Commemorationibus dictum est; non fit vero Commemoratio de die infra Octavam, nisi

quando de ea fieri debeat Officium die sequenti.

5. Cum plures fiunt Commemorationes, servetur hic ordo: Post Orationem Officii currentis, 1. de Dominica privilegiata, 2. de die infra Octava, 3. de Duplici majore, 4. de Duplici minore ad instar Simplicium reductis, 5. de Dominica communi, 6. de die infra Octavam Corporis Christi, 7. de Semiduplici, 8. de die infra Octavam communem ad simplicem ritum pariter reductis, 9. de Feria majore vel Vigilia, 10. de Simplicis.



ABSOLUTIONES ET BENEDICTIONES

dicendæ ante Lectiones in Officio novem et trium Lectionum.

In I. Nocturno,  
et pro ij. et v. Feria.

*Absolutio.*

**E**Xaudi Dómine Jesu  
Christe preces servó-  
rum tuórum, et miserere  
nobis, qui cum Patre et  
Spiritu sancto vivis et re-  
gnas in sæcula sæculó-  
rum. *℟.* Amen.

*Benedictiones.*

1. Benedictióne perpétua  
benedícat nos Pater aetér-  
nus. *℟.* Amen.
2. Unigénitus Dei Fílius  
nos benedícere et adjuvá-  
re dignétur.
3. Spíritus sancti grátia  
illúminet sensus et corda  
nostra.

In II. Nocturno,  
et pro iij. et vj. Feria.

*Absolutio.*

**I**psius pietas et miseri-  
córdia nos adjuvet, qui  
cum Patre et Spirítu san-  
cto vivit et regnat in sæ-  
cula sæculórum. *℟.* Amen.

*Benedictiones.*

4. Deus Pater omnípo-  
tens sit nobis propítius et  
clemens. *℟.* Amen.
5. Christus perpétuæ det  
nobis gáudia vitæ.

6. Ignem sui amóris ac-  
cendat Deus in córdibus  
nostris.

In III. Nocturno,  
et pro Feria iv. et Sabbato.

*Absolutio.*

**A**vinculis peccatórum  
nostrórum absólvat  
nos omnípotens et miséri-  
cors Dóminus. *℟.* Amen.

*Benedictiones.*

7. Evangélica léctio sit  
nobis salus et protéctio.  
*℟.* Amen.
8. Divínium auxiliúm má-  
neat semper nobíscum.
9. Ad societátem civium  
supernórum perdúcat nos  
Rex Angelórum.

*Si Officium fit de Sancto  
novem Lectionum, octava  
Benedictio erit.*

Cujus festum cólimus,  
ipse (vel ipsa) intercedat  
pro nobis ad Dóminum.

*Quando sunt plures, di-  
citur.*

Quorum (vel Quarum)  
festum cólimus, ipsi (vel  
ipsæ) intercedant pro no-  
bis ad Dóminum.

*Si Officium fit de S. Ma-  
ria, octava Benedictio erit.*

Cujus festum cólimus,  
ipsa Virgo vírginum in-

tercedat pro nobis ad  
Dóminum.

Si in ultima Lectione le-  
gendum sit aliud Evange-  
lium cum Homilia, nona  
Benedictio erit.

Per evangélica dicta de-  
leántur nostra delicta.

In Officio trium Lectio-  
num dicuntur Absolutio-  
nes et Benedictiones præ-  
dictæ ordine in Rubricis  
generalibus descripto : et  
in eo, quando non legi-  
tur Homilia cum Evan-  
gelio, et Benedictiones  
sumendæ sunt ex tertio  
Nocturno, prima Benedi-  
ctio dicitur.

1. Ille nos benedícat, qui  
sine fine vivit et regnat.

2. Divínium auxiliúm.

3. Ad societátem.

In Officio trium Lectio-  
num quando legitur Ho-  
milia cum Evangelio, prima  
Benedictio erit.

1. Evangélica léctio.

2. Divínium auxiliúm.

3. Ad societátem.

Si Officium fit de Sancto  
trium Lectionum, prima  
Benedictio erit.

1. Ille nos benedícat, qui  
sine fine vivit et regnat.

2. Cujus (vel Quorum) ut  
supra.

3. Ad societátem.

In Officio de S. Maria in  
Sabbato, Absolutio et Be-  
nedictiones quæ ibidem  
ponuntur.



## ORATIO DICENDA ANTE DIVINUM OFFICIUM.

**A**peri Dómine os meum et exaudiri mérear ante ad benedicéndum nomen sanctum tuum : munda quoque cor meum ab ómnibus vanis, pervérsis, et aliénis cogitatióibus : intelligéctum illúmina, afféctum inflámma; ut digne, atténte, ac devóte hoc Officiam recitáre váleam,

et exaudiri mérear ante conspéctum divínæ majestátis tuæ. Per Christum Dóminum nostrum.

*R.* Amen.

Dómine, in unióne illius divínæ intentiúnis, quæ ipse in terris laudes Deo persolvisti, has tibi Horas persólvo.

## ORATIO DICENDA POST DIVINUM OFFICIUM.

*Orationem sequentem devote post Officiam recitantibus Leo Papa X. defectus et culpas in eo persolvendo ex humana fragilitate contractas indulgit : et dicitur flexis genibus.*

**S**acrosánctæ et indivíduæ Trinitáti, crucifíxi Dómini nostri Jesu Christi humanitáti, beatíssimæ et gloriosíssimæ sempérque Vírginis Mariæ fecúndæ integritáti, et ómnium Sanctórum universitáti sit sempitérna laus, honor, virtus et glória ab omni creatúra,

nobisque remissio ómnium peccatórum, per infinita sæcula sæculórum.

*R.* Amen.

*V.* Beáta víscera Mariæ Vírginis, quæ portaverunt ætérni Patris Fílium.

*R.* Et beáta úbera, quæ lactaverunt Christum Dóminum.

Pater noster. Ave María.




---

— ❖ — Psalterium. — ❖ —

---